

275

# BERTVCIVS VALERIVS

## D U X CII.

*Electus dies 5. Junii 1656. Obiit 30. Martii 1658. Aetatis  
sua lxii. Princip. i. Mensē ix. die 26.*

### S C H E M A V E T V S.

*Brevi ex quo multarum etatum gesta Orbi representavi Copiis campos texi :  
Clasibus operui Mare. Ad fauces Hellesponci elisi Turcarum guttura hiantia,  
& anhelantia cedes. Insulas continentis navium ponte iunxi. Vicina Troia è  
littore totum pelagus ardere vidit ad incendii sui solatium. Nusquam vix  
ubique triumphator. Obrutus mole trophaeorum, sesquiannum vix explevi.*



C II



X domo Sapientiae Princeps deducitur Bertucius Valerius, cum Bello tonante Barbarico, leges diceres confusione obrutas, & pulvere sepultas Mavortio. Verum solita Respublica plus gladio certare Iustitiae quam ferro, in armorum subsidium, Eloquentiam vocavit, & Principem fecit; ut haec in extremo rerum discrimine iura dictaret. Eius vita quasi in peregrinatione positâ, Provinciis præfuit; Externos Legatus adivit, Heturiam præcipue acerbis ja-

S 2 Etatam